Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omnia secula seculorū; amen. [illegible] SVPRA.

CVM ESSET IHC annorū duodecī. Iste numerus annorū xpī significat sacra mysteria. nā quat̄ tria faciunt xii. Sic p quatuor euangelia cognoscimus scam trinitat̄. id est. patrē & filiū & spm scm. Item ter quatuor faciunt eundē numerū. Hoc significat quod fides scae trinitatis p quatuor plagas mundi p̄dicanda est. & ex omī parte uenient ad fidē xpī. sicē propheta ait. Ab oriente & occidente. ab aquilone & meridie laudate nom̄ dn̄i. Cū aut̄ esset ihc annorū duodecī; hoc significat quod p duodecī aplos suos totus mundus esse conuertendus ad fidē. Ascendentib⁹ illis ierosolimā secundū consuetudinē dicī festi. illi soli ascendunt in ierosolimā. id est. in uisionē superne pacis. qui hic uiuunt secm consuetudinē dicī festi. Erat aut̄ talis consuetudo dicī festi. ut septē diēb⁹ debuissent manere circa templū. & lacrificari. & laudes cantare dō. Sic & illi soli digni sunt in celesti pace. eterna beatitudine laudare dm̄. qui septē donis spūs scī uitā suā dignā faciunt. Sunt aut̄ hec que dicuntur specialit̄ dona spūs scī. Primū donū est spūs scī sapientia. qua dm̄ cognoscamus & credim⁹ creatorē nr̄m; Quę enī maior esse potest sapientia quā ut uerū dm̄ intellegamus. & in eū credamus qui fecit nos. sicē ipse dns ait. Hec est aut̄ uita eterna. ut cognoscant te solū uerū dm̄. & quē misisti ihm̄ xpm̄. Secundū donū est intellectus. p quē scam̄ scripturā intellegimus. ubi cognoscere poterimus uel quid nos debeamus facere uel quid uitare. & hoc ipsū alios edocere quomodo se in bonis exerceant & in malis abstinēant. Tertiū donū est consiliū. p quod confessionē peccatorū nr̄or facimus. & p consiliū frum̄ nr̄orum & eor̄ quibus confitemur. uitā nr̄am emendamus. Nā scriptū est. Oīa fac cū consilio. & p̄ factū non penitebit. Illud ipsū est qd̄ alio loco dicit̄. ubi non ē